Caxo. 22 . . 4
Joannes Staphylaeus

Index Titulorum.

De formis expectatiuarum 1
De formis mandatorũ de prouidendo 46
De qualitate & ſtatu beneficiatorum 71
De modo & forma impetrandi 84
De variis modis vacationis 109
De modis prouiſiuis 142
De vi & effectu clauſularum 147
Quibus modis expirent literæ ad beneficia 201
De prærogatiuis expectantium 214
De ſignatura literarum iuſtitię 261
De literis ac reſcriptis apoſtolicis in forma breuis 346
De gratiis expectatiuis
De Idiomate in gratiis expectatiuis 429
De veriſimili notitia obitus 464
Compendium per quàm breue vtriuſque ſignaturæ tã gratiæ quàm iuſtitiæ 479

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

TRACTATVS DE LITERIS GRATIÆ MAXIME VTILIS

Qui ſtilum Romanæ curiæ ſequuntur.

De formis expectatiuarum.

SVMMARIVM.

1 *Forma expectatiua cum creatione in Canonicum & reſeruatione præbendæ per exequutorem conferendæ.*

2 *Creatus Canonicus per Papam, verus dicitur canonicus, etiã antequam conſequatur præbendam.*

3 *Effectus huius creationis ponuntur. Honor eſt magnus eſſe Canonicum eccleſiæ cathedralis.*

4 *Canonici eccleſiæ cathedralis dicuntur pars corporis eccleſiæ & Chriſti.*

Ad indigniorem beneficij non datur vnio, ſed digniorem.

5 *Canonicus creatus in eccleſia cathedrali, dari poteſt à ſede apoſtolica iudex delegatus.*

6 *Canonicatus & præbenda communiter conferuntur ciuibus optimi ſtatus & conditionis.*

7 *Creato in Canonicum competit ſtallum in choro, & vox in capitulo.*

8 *Ille etiam diſtributiones quotidianas percipit, & de fructibus ſuperexcreſcentibus participat. Clauſula cum plenitudine iuris Canonici, prædicta importat.*

9 *Eligere & intereſſe communibus tractatibus, dicuntur fructus quaſi poſſeſſionis canonicalis.*

10 *Conferre beneficia computatur inter bona epiſcopalia & fructus.*

11 *Creatus in Canonicum poteſt habere dignitatem Canonico conferri conſuetam.*

12 *Creatus in Canonicum dicitur Canonicus in herbis. Extinctio creationis canonicatus ſupernumerarij quando fiat.*

13 *Canonicus creatus duo tantum in Eccleſia aſſequitur in qua eſt creatus.*

14 *In beneficialibus forma exacta eſt ſeruanda.*

IOANNIS NICOLAI GIMONTEI IVRISCONSVL. CLARISSIMI.

De Gratiis Expectatiuis

TRACTATVS.

ARGVMENTVM.

Licet futura beneficia gratia fieri non poſsit: Mandato nihiloſecius apoſtolico, & nominatione id fieri poſſe receptum eſt, & mandatariorum concurrentium vter alteri præferri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſionem ad futura beneficia non valere. Extendit ad pacta futuræ ſucceſſionis nu.2.3.50.64. Nec gratiam expectatiuam concedendam. nu.59. Rationem adfert à.nu.3. vſque ad nu.9. & nu.18.*

4 *Lites minuendas eſſe.*

5 *Præcepta Dei ex quibus conſtent.*

10 *Literas imbibant iuuenéſque, ſenéſque. & quibus ſit inuigilandum.nu.11.*

12 *Bonos mores literis prædiſcendos. & quæ literarum ſtudia neceſſaria.nu.13*

14 *Euagari quibus incommodum, & qui euagationis notandi ſint.nu.16.eorum pœnæ.nu.18.*

15 *Exclamatio in corruptas virgines.*

17 *Monachorum quæ libido.*

19 *Collationem iuriſditionis eſſe ex ſentia Panor. contra Ioan. And. cuius rei ratio nu.26. & id quomodo accipiendam. nu.27.&.28.*

20 *Eam tamen iure communi ad Epiſcopum pertinere.*

21 Quæ

R. P. D.
LVDOVICI GOMES SACRI PALATII AVDITORIS,

TRACTATVS.

De Gratiis Expectatiuis, Et primo de Idiomate

In Gratiis expectatiuis.

ITEM voluit, quod ſi contingat ipſum alicui perſonæ de parochiali eccleſia prouidere, ſeu mandare prouideri, vel gratiam expectatiuam cōcedere niſi dicta perſona intelligat, & intelligēter loquatur idioma loci, vbi eccleſia huiuſmodi conſiſtit, prouiſio ſeu mandatum, & gratia deſuper, quo ad parochialem eccleſiam nullius ſit roboris vel momenti.

PLura ſunt quæ mihi ſcribere cogitanti dicēda occurrunt ſuper iſta regula quæ vſu quotidiano ſunt frequentata:& vtilia videri poterunt, vt vtar verbis tex. in l. j. ff. ad exhibē. Verum, quia quędam erunt communia cū aliis regulis: alia verò proximè ad regulam iſtam pertinebunt : ideo illa quæ communia erunt, breuius tractabo. Reliqua verò plenius atingam.

In primis igitur illud me miniſſe oportet, iſti⁹ regulæ primum conditorem Gregorium vndecimū fuiſſe, quòd ex eo apparet, quia inter regulas prædeçeſſorum Pontificum iſta regula non reperitur. Et hæc moderna nihil ad illā Gregorij addit, niſi verba de gratia expectatiua, quæ addidit prius ad regulā Grægorij Eugenius Papa Quartus, vt patet in eius regula. In cuiusquidē diſcuſſione ſolum eas quæſtiones attingam, quas putabo neceſſarias ad materiam regulæ.